2

Georgius Radziewiel Dei grã Epũs Vilnen. Dux in Olica,
et Nießwitz, S. R. Mtis Locum tenens in Liuonia.

Significamus pñtibus lrĩs nrĩs Vniuersis et ſingulis, quorum interest,
exhibitas eſse nobis et productas per Nobilem Balthasarum Schnel,
lium in Liuoniæ fiscalem, Sacræ R. Mtis dnĩ nrĩ Clemẽtiſsimi,
lrãs donationis Cuiusdam domus in Pernouia ſub ſigillis Regni
Poloniæ et magni Ducatus Lithuaniæ manuq; S. R. Mtis ſub,
scriptas ſaluas illæsas, nulliq; ſuspitioni obnoxias, ſupplicatumq;
ut easdem ſub forma fidimus et Sigillo nrõ extradi demande,
remus, eiusmodi ſub tenore qui Sequitur.

STEPHANVS Dei gratia, Rex Poloniæ, Magnq Dux
Lithuaniæ, Rußiæ, Prußiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Liuoniaq; &c.
Princeps Tranſsyluaniæ.

Generoso Joanni Lieſsniowolski, Capitaneo nrõ Pernouiensi fideli
nobis dilecto, gratiã nrãm Regiam. Generose fidelis nobis dilecte.
Dederamus proxime in Mandatis Magnificis et Gnõsis Comißari,
is et Reuisoribus nrĩs Pernouiã et ad alia ei uiciniora loca depu,
tatis, Vt in Ciuitates Comigrare uolentibus domus et hortos pro
cuiuscunq; personæ statu et dignitate distribuerẽt. Quod fac,
tũ eſse à pfatis reuisoribus clementer intelleximus. Quoniã
autem nobis per Nobilem Balthasarum Schnellium fiscalem nrũm
Liuoniæ relatum sit, in Ciuitate nrã Pernouiensi ex morte cuius,
dam Brandt, Brandes domum quandã uacare, seq; eiusdem poſ,
ſeßionem cum ibidem pp certas aliquas causas aliquandiu habi,
tare cupiat, à Cæteris Comißarijs et Reuisoribus uigore instruc,
tionis nræ ipsis datæ petere potuiſse, tamen se hoc durãte tem,
pore reuisionis ne priuata magis quam publica curaſse uideretur,

facere noluisse. Quare nunc istius reuisionis relõne facta, idem fis,
calis noster à nobis humillime petijt, ut sibi suisq̃ hæredibus legitti,
mis ad instar aliorum, quibus Domus aliquæ in Ciuitatibus Liuoniæ
distributæ sunt, p̃dictã domum, cum attinentijs agris et hortis cle,
mentissime conferre dignaremur. Cuius petitioni tanquam
hois de Rep. prouinciæ Liuoniæ benemeriti, benigne anuendum,
atq̃ Fid. tuæ demandãdum eẽ duximus, prout p̃sentibus man,
damus, ut p̃dicto Fiscali nr̃o, cuius p̃ cæteris hac in parte nobis
ratio habenda est, possessionẽ p̃dictæ domus realem et actualem
tradat. Saluo tamen iure, si q̃ fuerint hæredum legittimorum su,
perstites. Secus Fid. tua pro grã nr̃a debitoq̃ officij sui nõ fac,
tura. Datum Grodnæ, die XVIII. Mensis Junij, Anno Dñi.
M.D.LXXXII. Regni uero nr̃i Anno Septimo.

Stephanus Rex

Nos itaq̃ Georgius Radsiewil p̃fatus Episcopus Supplicationi
huiusmodi benigne anueñ, lr̃as p̃insertas sub forma Vidimus
extradi mandauimus, quibus non secus ac originalibus fidem
indubiam adhiberi uolumus atq̃ rogamus. In cuius rei fidẽ
p̃sentibus manu nr̃a propria subscripsimus, et sigillum nr̃um sub,
appssum ẽ. Datæ Rigæ, 14. Augusti. Anno 1582.

Georgius Radziwil
Episcopus Vilnensis